



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Dives. Descriptio XLVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

argentum quoque aut tamen si hospites habeo, tamen utatur licet, nos Samijs delectabimur. Quid ego, quæ deinde gesta sunt narræ? cuiusmodi est hominis natura, ut quæ singulis diebus efficiat, gloria, atque ostentatione; ca vix annuo sermone enarrare possim.

## I D E M.

## Descriptio XLVI.

Petronius  
in satyri.

Secundum hanc formulam imperamus Eumolpo, ut plurimum tussiat, ut sit modo solutioris stomachi, cibosque omnes palam damnet; loquatur aurum, & argentum, fundosque mendaces, & perpetuam terrarum fertilitatem. Sedeat præterea quotidie ad rationes, tabulasque testamenti omnibus fidem renouet, & ne quid scenæ deesset, quotiescunq; aliquem nostrum vocare tentasset, alium pro alio vocare, ut facile appareret dominum etiam eorum meminisse, qui præsentibus non essent.

## Nota.

Ut plurimum tussiat. Festinus quidem ista descriptio, sed plenior, quam habet Cicero 4. ad Herennium de qua superius.

Loquatur aurum & argentum.

Ad eloquentiam sape refertur, ut apud D. Greg. Nazianzenium in samoicis χρουσιυ λαλδιδυτωυ απαι απροκτος λογος.

Hic pecuniosi hominis nummatam ostentationem designat.

Ne quid scenæ deesset. Erat enim verè Dicus Scenicus in tuis komædiis.

Alium pro alio, Hac ostentatoris ars bene exprimitur à Cornificio, vel potius Cicerone.

## D I V E S.

## Descriptio XLVII.

Ex Cicero  
no pro Rosc.

Habet enim relaxandi causa rus amcenū, & suburbanum, plura præterea prædia, neq; tamen vllum nisi præclarum, & propinquum: Domus referta vasis Corinthijs, & Deliacis, in quibus est Authepa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est: ut qui prætereuntes pretium annumerari audiebant, fundū venire arbitrantur. Quid præterea gelati argenti? Quid stragulae vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris a-

putid illum putaris esse tantum scilicet, quantum è multis, splendidisq; familijs in turba, & rapinis coaceruari, vna in domo potuit, familiam vero quantam, & quam varijs cum artificijs habeat, quid ego dicam? mitto hæc artes vulgares, coquos, pictores, lecticarios, animi, & aurium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum, & neruorum, & tibiarum, nocturnisq; conuiujs, tota vicinitas perfonet.

## MOLLIS, ET DELICATVS.

## Descriptio XLVIII.

Ex Cicero. 1.  
5. in Verr.

Hic ita viuere iste bonus Imperator, ut ne cum facile hibernis mensibus non modo extra lectum, sed ne extra lectum quidem quisquam videret. Ita dici breuitas conuiujs, noctisq; longitudo stupris, & flagitijs conterebatur. Cum autem ver esse cõperat, cuius in nomen iste non à Fauonio, neque ab aliquo astro notabat, sed cum rosmi viderat: tunc incipere ver arbitrabatur, dabat se labori, atque itineribus, in quibus usque eo se præbebat patientem, atque inapigum, ut eum nemo vnquam in equo sedentem videret. Nā ut mos fuit Bithyniæ regibus, lectica hexaphora ferebatur, in qua puluinus erat perfucidus, melitensi rosa fartus ipse autem coronā habebat vnā in capite, alteram in collo, reticulumque ad nares sibi admouebat, tenuissimo lino minutisque maculis, plenum rosæ: sic confecto itinere, cum ad aliquod oppidum venerat, eadem lectica usque in cubiculum deferrebatur, eò veniebant Siculorum magistratus, veniebant equites Romani, id quod ex multis iuratis audistis: Controuersia: iudicia deferrebantur: paulo post palam decreta auferebantur: Deinde vbi paulisper in cubiculo pretio, non æquitate, iura descriperat: Veneri iam, & Libero reliquum tempus debere arbitratur: quo loco mihi non prætermittenda videtur præclari Imperatoris egregia, ac singularis diligentia: nam scitote esse oppidum in Sicilia nullum ex ijs oppidis, in quibus prætores consistere, & conuentum agere solent: quo in oppido non isti ex aliqua familia non ignobili delecta mulier esset. Itaque nonnullæ ex eo numero in conuiuio adhibebantur palam, si quæ erant castiores, ad tempus veniebant, lucem & conuentum vitabant.

Yyy

Nota.